



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,  
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In  
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de**

**Romæ, M. DCC. XIX.**

Canon V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72172)

Loci Castri Plani, sive ob ejusdem Ecclesie ruinam, sive ob aliam causam ad Ecclesiam S. Sebastiani ad Communitatem dicti Loci pertinentem, & sub ortis nonnullis dissentionibus inter dictam Communitatem, & Curatum, recursum habuit eadem Communitas ad Sacram Congregationem pro remotione Parochie ab Ecclesia S. Sebastiani, ejusque repositione in antiqua Parochiali S. Jacobi; disputato proinde inter cetera dubio = *An Episcopus teneatur remove Parochiam ab*

*Ecclesia S. Sebastiani Patronali Communitatis, & illam reportare ad antiquam Parochialem Ecclesiam S. Jacobi* = responsum fuit = *Negative*.

10 Nec adversatur resolutio ejusdem Sacre Congregationis in dicta *Spoletana Parochialitatis*, quia reposita hujusmodi *Causa die 16. Novembris 1715.*, me studente apud R. P. D. meum Petra, recessum fuit a decisio, ac insuper definitum quod Parochus teneatur residere in Ecclesia S. Bernardini.

## C A N O N V.

## CONCILIUM TRIDENTINUM Sess. XXII. Cap. XI.

**S**I quem Clericorum, vel Laicorum, quacumque is Dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus Ecclesiasticæ, seu cujusvis sæcularis, vel regularis Beneficii, Montium Pietatis, aliorumque piorum locorum, jurisdictiones, bona, census, ac jura etiam feudalia, & emphyteotica fructus, emolumenta, seu quascumque obventiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates converti debent, per se, vel alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut Laicorum, seu quacumque arte, aut quocumque quæsito colore in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumpserit, seu impedire, nè ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur, is anathemati tamdiù subjaceat, quamdiù jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & redditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione suppositæ personæ, pervenerint, Ecclesie, ejusque administratori, sive beneficiato integrè restituerit, ac deindè à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si ejusdem Ecclesie Patronus fuerit, etiam jurepatronatus, ultra prædictas penas, eo ipso privatus existat. Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & usurpationis hujusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subjaceat,

nec non quibuscumque beneficiis privatus sit, & ad quaecumque alia beneficia inhabilis efficiatur, & à suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, sui ordinarii arbitrio suspendatur.

## COMMENTARIUM.

**E**X hoc Canone sequens deducitur conclusio.

PATRONUS SIVE LAICUS, SIVE ECCLESIASTICUS QUACUMQUE DIGNITATE PRÆFULGEAT ETIAM IMPERIALI, VEL REGALI USURPANS JURA, BONA, SEU FRUCTUS ECCLESIAE PATRONALIS, VEL IMPEDIENS NE AB IIS, AD QUOS JURE PERTINENT, PERCIPIANTUR, EST TANDIUM EXCOMMUNICATUS, QUAMDIU EADEM BONA RESTITUAT ILLIS, AD QUOS SPECTANT, ET EST EO IPSO PRIVATUS JUREPATRONATUS. Quam conclusionem probant etiam *Fagnan. in cap. Extirpanda de præben. n.8. Capon. discept. 134. n.42. tom.3. Marant. respons. 21. num. 10. & seqq. lib.2. Ventrigl. in prax. p.1. annot. 26. §. unic. num.5. Vivian. de jurepat. par.3. lib.15. cap.2. nnn.13. Card. de Luc. in annot. ad Concil. disc. 11. n.32. & disc.23. num.1. & de jurepat. disc.12. num.7. & de legitim. disc.37. n.7. Pignattell. consult.82. n.23. tom.9. R.P.D. Petra in Comment. ad Constit. Apostolic. VIII. Gregorii IX. num.58. cum seqq. tom.2. pag.545. Barbof. hic num.13. Rot. decis. 220. n.36. in fin. par.17. rec. & in Cracovien. Parochialis Kyensis 4. Febr. 1705. §. unicum, coram bo. me. Caffarello, & 20. Januarii 1706. §. Nec, coram bo. me. Omaña, & adest Bulla in Cena Domini.*

- 1 Approbat, atque confirmat hic Concilium id ipsum, quod statutum fuit in *Canone IV. de quo supra Par.I., & in Can.XXVII. Par.II.*, ubi similem conclusionem in *Commentario* deduximus. Ratio autem ita decernendi per Concilium fuit, indemnitas Ecclesiarum; nimirum ut sic Patroni spiritualibus armis excommunicationis, & privationis juris patronatus perterriti se abstinere ab usurpatione, & occupatione jurium, bonorum, & fructuum Ecclesiarum, beneficiorum, & aliorum locorum piorum. Eandem prohibitionem Patroni nè se ingerat in perceptione fructuum, ac administratione bonorum Ecclesiae, vel Beneficii, cujus Patronus existat, repetit Concilium *in cap.3. sess.24.*, de quo infra *Can.VII. & in cap.9. sess.25.* de quo pariter infra *Can.XII.* Quoad hanc Conclusionem sequentes differuntur Casus.

### ARGUMENTUM.

Patronus percipiens, & possidens bona, & fructus Ecclesiae Patronalis titulo conductionis an sit excommunicatus, & privatus Jurispatronatus?

- 4 Qualibet Persona extranea conducere potest per triennium bona Ecclesiae Patronalis. Ampia ut ibi  
5 Concilium in cap. 9. sess. 25. non comprehendit possessionem, & perceptionem fructuum beneficiorum Patronalium legitimam, sed solum illam, quae est violenta, injusta, potentialis, & auctoritativa; ut num. 6.

### SUMMARIUM.

- 1 Patronis an sit prohibitum per triennium conducere bona, & fructus Ecclesiae Patronalis. & num. 3. & 4.  
2 Patronus possidens bona Ecclesiae Patronalis titulo conductionis non incidit in penas excommunicationis, & privationis Jurispatronatus. Et quare. Vide ibi

### CASUS I.

**R**Ector Ecclesiae Patronalis A locavit per triennium omnes fundus, & bona ad ipsam Ecclesiam spectantia, pro annua responsione scutorum centum Patrono, qui annuatim colebat dictos fundus, & bona, ac ab eis percipiebat, & colligebat uvas, triticum, fenum, & omnes

ne's alios fructus, punctualiter solvendo. Rectori dictam annuam responsionem; Queritur an idem Patronus dicatur in hoc casu incurfus in pœnas à Concilio in hoc Canone comminatas.

1 Videtur respondendum affirmativè prohibutum est enim Patronis non solum usurpare, & occupare bona, & fructus Ecclesiæ Patronalis, verùm etiam & illa conducere, dum tam in hoc Canone, quam in cap. 9. sess. 25. de reform. generaliter Concilium decernit Patronos nullatenus, nullave causa, & occasione se ingerere in perceptione fructuum beneficiorum, ut expressè tuentur *Fagnan. in cap. Extirpanda de præben. nu. 9. Pignatell. consult. 82 num. 24. tom. 9. R. P. D. meus Petra in Comment. ad Conflit. septimam Gregorii IX. num. 65. tom. 2. pag. 546.*

2 At contrarium veriùs de jure censeo tuendum; siquidem ad hoc, ut Patronus incidat in pœnas excommunicationis, & privationis juris patronatus hic comminatas, non sufficit quæcumque possessio, & occupatio, sed requiritur, quod occupatio, & possessio bonorum, & reddituum Ecclesiæ per se, vel alium sit dolosa, fraudulenta, ac malitiosa, cum finè dolo, & malitia non detur culpa; juxta *Fagnan. in dicto cap. Extirpanda de præben. num. 11. Pignatell. ubi supra num. 24. Rot. in Cracovien Parochialis Kyensis 4. Febr. 1705. §. Cum, coram R. P. D. bo. me. Caffarello ibi = Cum nec qualibet bonorum Ecclesiasticorum occupatio inducat privationem, nisi proveniat ex dolo, & malitia = Et 20. Januarii. 1706. §. Nec, coram bo. me. Omanni ibi = Cum de cetero non qualibet simplex occupatio eadem privationis pœnam inducat, sed ea dumtaxat, quæ jam fuisset pro dolosa ab ipsamet parte, vel in judicio canonicata =*

In casu præsentis, in præfato Patrono nullus est dolus, nec malitia, sed bona fides, tum quia videns quotidie locari bona Ecclesiæ personis extraneis; prudenter credere potuit, quod etiam sibi locari potuerint; tum quia juxta sententiam *Barbosæ ad Concil. cap. 9. sess. 25. num. 76. & in cap. Præterea il 2. nu. 5. de Jurepat.* non est prohibitum Patronis bona Ecclesiæ patronalis saltèm per triennium conducere.

4 Quam quidem *Barbosæ* sententiam pu-

to veriolem; Etenim quælibet Persona extranea conducere potest bona, & fructus Ecclesiæ Parochialis per triennium *Garz. de benef. par. 2. cap. 1. num. 2. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 1. §. 1. num. 7. ibiq. Carol. Anton. de Luc. n. 2.* imò etiam ultra triennium finè Beneplacito Apostolico: si in limine foundationis Ecclesiæ, si ve beneficii fuisset à Fundatore expressè apposita conditio, quod bona locarentur ad longum tempus finè solemnitate Beneplaciti; *Pacion. de locat. cap. 14. §. 6. num. 19.* Ergo etiam, & Patronus poterit conducere eadem bona, & fructus, & quidem à fortiori, dum utilius est Ecclesiæ locare bona, & fructus Patrono, qui ob ejus interesse præsumitur habere majorem affectionem, & attentionem, ut bona ipsa conserventur, & non deteriorentur, quam cuilibet alteri Personæ, quæ, ut experientia docet, solum attentata in perceptione fructuum ex bonis locatis, & conductis, nihil ei interest, si bona, & fundus in fine triennii deteriorentur.

5 Non obstat, quòd verba Concilii in cap. 9. sess. 25. de quo infra *Can. XII.* sint generalissima, eo quod decernat ibi Concilium, quod Patroni in perceptione fructuum, proventuum, quorumcunque beneficiorum patronalium nullatenus, nullave causa, vel occasione se ingerant; Quoniam illa verba non percutunt perceptionem, possessionem, & administrationem fructuum eorumdem beneficiorum legitimam, & à legitimo titulo proveniente. Sic videmus, quod licèt Concilium dicat, quod Patroni nullatenus, nullave causa, vel occasione percipiant fructus Ecclesiæ, non per hoc eis prohibet percipere, & possidere fructus superfluos, & superexcedentes in casu inopiæ; nec percipere, & administrare fructus procuratorio nomine, nimirum in casu, quo Rector beneficii constitueret Patronum procuratorem ad exigendos, administrandos, & percipiendos fructus in casu ejus absentis; nec denique exigere censum communem cum Ecclesia; videlicet si Patronus habeat censum communem cum Ecclesia, & se ingerat in illo, ipsum integrè exigendo, si portionem ad Ecclesiam spectantem restituat, non per hoc est excommunicatus, nec privatus jurepatronatus; quia hæc exactio non est fraudulenta, sed pro-

provenit à jure sibi competente. *Fagnan. in dicto cap. Extirpanda de præben. nu. 11. Pignattell. consult. 82. nu. 24. tom. 9.* Sed  
 6 percutunt perceptionem, possessionem, & administrationem fructuum, ac bonorum beneficiorum patronalium violentam, injustam, potentialem, & auctoritativam, perinde ac si diceret, quod Patroni in perceptione fructuum nullatenus, nullave causa, vel occasione violenter, potentialiter, aut auctoritativè, se ingerant. *Card. de Luc. in annot. ad Concil. disc. 23. nu. 3.*

### ARGUMENTUM.

Patronus, qui sit etiam Rector Ecclesiæ Patronalis an alienare possit hujus bona ob remuneranda merita erga ipsam Ecclesiam præstita cum Beneplacito Apostolico, & quando hoc sit concedendum?

### SUMMARIUM.

- 1 Alienatio bonorum Ecclesiæ facta à Patrono, qui sit etiam Rector ejusdem Ecclesiæ ob justam gratitudinem, & meriti remunerationem erga Ecclesiam præstiti est Beneplacito Apostolico confirmanda; & num. 7. & 9.
- 2 Enumerantur quamplurimi Casus, quibus Sedes Apostolica concedere solet Beneplacitum Apostolicum alienandi jura, bona, & res Ecclesiæ; & num. 3. 4. 5. & 6.
- 8 Prælatus, seu Rector alienare potest res Ecclesiæ pro remuneratione meritorum.
- 10 Rector Ecclesiæ Patronalis una cum consensu Patroni an reducere possit fructus census consignativi ad Ecclesiam spectantis absque Beneplacito Apostolico?

### CASUS II.

**I**nstitutus in Præpositura de Jurepatronatus erecta in Ecclesiâ Cathedrali A quidam Patronus ad præsentationem sui ipsius per viam precum obtinuit se, suosque futuros successores in eadem Præpositura decorari à quodam supremo Principe titulo primi Equitis in ejus Aula; ob tanti beneficii memoriam, idem Patro-

nus in dicta Præpositura institutus; ex hujus redditibus ascendentibus ad annuatim mille decrevit, ut perpetuis futuris temporibus, Præpositi solverent scuta centum quotannis Capitulo dictæ Ecclesiæ Cathedralis, onere injuncto Canonicis, ut celebrarent unam Missam qualibet hebdomada pro Anima præfati Principis; Quæritur an hujusmodi alienatio annuorum scutorum centum ex fructibus Præposituræ facta à dicto Patrono favore Capituli, supradicto onere huic adjecto, sit Beneplacito Apostolico confirmanda?

1 Respondendum censeo affirmativè; siquidem non est abbreviata manus Sanctæ Sedis Apostolicæ, dum in multis casibus, urgente necessitate, & utilitate concedi solet ab ipsa Beneplacitum Apostolicum alienandi jura, bona, & res Ecclesiæ, ut pluribus exemplis patet.

2 Et primo, si Ecclesia in casu, quo hæres primo institutus decedat sine filiis, sit substituta à Testatore in tota ejus hæreditate, cum facultate illam alienandi, & vendendi, & cum onere Rectori injuncto, ex retractu ejus venditionis, celebrandi tot Missas pro Animabus Purgatorii, & hæres primò institutus existens in ætate valida, florida, & apta filios procreandi, volens eximere eandem hæreditatem à vinculo substitutionis in casu ejus præmorientiæ sine liberis, si ineat concordiam cum Rectore dictæ Ecclesiæ, qua promittat celebrari facere summam Missarum trium millium e. g. infra annum; & Rector Ecclesiæ abdicet, & renunciat omni, & cuicumque juri sibi in futurum competent. super hæreditate prædicta, hujusmodi concordia, est Beneplacito Apostolico confirmanda; uti fuit confirmata prævio voto S. Congregationis Concilii in *Januen. Beneplaciti 5. Septembris 1711.*

3 Secundo, conceditur à Sede Apostolica facultas alienandi bona Ecclesiæ ad effectum restaurandi domum ad ipsam Ecclesiam spectantem, quando domus inevitabilem minatur ruinam, & quando ex illius restauratione evidens provenit utilitas, eo quia Ecclesia recipiat ex illius restauratione majorem annuam pensionem, ut similis facultas concessa fuit à S. Congregatione Concilii in *Bononien. facultatis alienandi 9. Aprilis 1712.*

4 Tertio, si Abbas, aut Monasterium ha-

beat

beat homines sibi subiectos, & obnoxios tali servitute, ut ipsis decedentibus absque prole, & absque præcedenti dispositione bonorum inter vivos, eorum hæreditates spectent ad idem Monasterium; si inter ipsos, & Monasterium fiat concordia, qua dicti homines promittant solvere Monasterio quolibet anno certam, & congruam pecuniarum summam, & è contra Monasterium promittat liberare dictos homines ab hac servitute; hujusmodi concordia est confirmanda Beneplacito Apostolico cum clausula *si in evidentem*, & cum aliis clausulis solitis, uti de facto fuit confirmata ab eadem S. Congregatione in Gebennen. Beneplaciti 19. Augusti 1713.

5 Quarto; si Ecclesia A e.g. habeat multa bona in uno dominio, ubi existit Ecclesia B; & hæc habeat multa alia bona in altero dominio, ubi existit Ecclesia A; potest inter ipsas fieri transactio, & concordia, qua permutentur ad invicem præfata bona, si ex promiscua horum situatione partim in uno, & partim in altero ex dictis dominiis, grave damnum eadem Ecclesiæ patiantur, & hujusmodi concordia Apostolico est digna Beneplacito, juxta sensum prædictæ S. Congregationis in Bayonen. & Pampilonen. Beneplaciti 13. Martii 1717. Ubi cum Episcopus, & Capitulum Bayonensis Ecclesiæ plurima bona in superiori Navarra sub dominio Catholici Hispaniarum Regis haberent; & è converso ad Priorem, & Conventum Regularium S. Augustini Monasterii Roncevallis Pampilonen. Diocesis diversa jura, & bona in Navarra inferiori sub dominio Christianissimi Galliarum Regis spectarent; evenit, ut utraque Ecclesia occasione bellorum, quæ inter dictos Reges superiori sæculo exarserunt, plures passâ sit in suis respectivè bonis confiscationes, & invicem jure belli ad represalias devenerit; Hinc Partes saluberrimum inierunt consilium deveniendi ad transactionem, in qua ut causa malorum omnium promiscua situatio bonorum partim in uno, & partim in altero ex dominiis præfatis removeretur, Episcopus Bayonensis, & Capitulum cesserunt Priori, & Canonicis Roncevallis omnia ea bona; & jura (excepta jurisdictione Episcopali quo ad spiritualia) quæ habebant sub dominio Ca-

tholici Regis; Et viceversa dicti Prior, & Canonici ea cesserunt Episcopo, & Capitulo, quæ ad ipsos in dominio Christianissimi Regis spectabant; Quæ concordia fuit ab Eminentissimis Patribus ubi supra confirmata juxta Votum Eminentissimi Barberini, de quo ipse fuit ab eadem S. Congregatione requisitus.

6 Quinto, si bona assignata Cappellaniæ cum onere Missarum concedantur alicui ad meliorandum, nè ex continua eorumdem bonorum deterioratione de die in diem numerus Missarum decreseat, hujusmodi concessio est Beneplacito Apostolico confirmanda, uti resolutum fuit à præfata S. Congregatione in Ulyssiponen. Beneplaciti 31. Julii 1717. ea tamen conditione, ut omissa per annum celebratione Missæ quotidiana bona unâ cum meliorantis favore operis pii liberè devolvantur.

7 Ergo etiam & suprædicta alienatio annuorum scutorum centum ex redditibus Præposituræ facta à Patrono, qui etiam est Præpositus dictæ Ecclesiæ Cathedralis favore hujus Capituli, onere huic adjecto celebrandi qualibet hebdomada unam Missam pro Anima memorati Principis erit Beneplacito Apostolico confirmanda. Ratio est quia hujusmodi alienatio fuit facta à dicto Patrono ex causa meritorum, nimirum ob remunerandum meritum, & beneficium Tituli primi Equitis, quo dictus Supremus Princeps Præposituram decoravit, adeoque alienatio dicitur utilis, & digna, ut confirmetur, cum Prælatus, seu Rector alienare possit res Ecclesiæ pro remuneratione meritorum *ad Text. in cap. Consensus de reb. Eccles. non alienan. ibiq. Barbof. num. 4. & in Authen. Licentiam C. de Episcopis, & Clericis. Tiraquell. in l. Si unquam verb. Donatione largitus num. 27. Gratian. discept. 818. num. 34. tom. 5. Barbof. de offic. & potest. Episcopi par. 4. alleg. 95. num. 62. Turricell. de reb. Eccles. non alienan. cap. 18. num. 17. Ut in simili casu rescripsit sæpe dicta S. Congregatio Concilii in Strigonien. 17. Decembris 1718. me studente apud R.P.D. Lambertinum, ubi cum Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus Cardinalis Archiepiscopus Strigonienensis obtinuerit à Sacra Cæsarea Majestate perpetuis futuris temporibus Archiepiscopos Strigonienfes decorari titulo, & dignitate Principum*

cupum Sacri Romani Imperii, non ut sibi confuleret, cum Principis Sacri Romani Imperii titulum à suo sanguine obtinuerit, sed ut Ecclesiam suam, suosque in Archiepiscopatu Successores novis cumulare honoribus, ob tanti Principis beneficentiam aliquatenus remunerandam decrevit, ut ex redditibus Mensæ Archiepiscopalis ascendentibus ad annuos sexaginta mille circiter florenos Rhenenses, solverentur quotannis in perpetuum ab Archiepiscopis Strigoniensibus mille floreni Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ, ea imposita lege, ut Canonici celebrare deberent singulis mensibus duas Missas solennes, alteram nempe pro incolumitate Domus Austriacæ, alteram pro refrigerio, & suffragio Animæ suæ, ita tamen ut ex Missis pro incolumitate Domus Austriacæ celebrandis, duæ essent votivæ de Venerabili Eucharistiæ Sacramento cum ejusdem expositione, & ut eo tutius hæc pia voluntas executioni mandaretur, addidit, quod in hypotesi, in qua sui in Archiepiscopatu Successores prædictos mille florenos solvere recusarent, liberum esset Capitulo sine juris strepitu, eorum satisfactionem consequi ex nonnullis decimis ad Mensam Archiepiscopalem spectantibus, nullo alio adhibito iudicio, quam duorum Nobilium Comitatus Nitriensis; Supplicavit proinde pro Apostolica confirmatione, unde proposito dubio in S. Congregatione = *An sit locus confirmationi Apostolicæ* = rescriptum fuit = *Affirmativè juxta modum.*

10 Quæro hic an Rector Ecclesiæ Patronalis unà cum consensu Patroni reducere possit fructus census consignativi ad Ecclesiam spectantis absque Beneplacito Apostolico?

Affirmant *Card. de Luc. de alienat. disc. 6. num. 5. & discept. 14. num. 4. & seq. de censib. & in conflictu legis observat. 201. Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 1. §. 2. num. 4. R. P. D. meus Petra ad Constit. Apostolic. tom. 1. fol. 138. num. 88. Monacell. tom. 4. in supplem. ad tom. 2. fol. 151. num. 146. & seqq.*

Negant verò *Ricc. decis. Cur. Archiep. Neapolitana decis. 134. part. 1. idem resol. 37. part. 2. nu. 4. de Marinis resol. jur. cap. 6. num. 10. & seq. tom. 1. Barus in suo Torcular. Juris resol. 100. per tot Ventrigl.*

*in prax. par. 1. annot. 1. §. 2. num. 6.*

Quam sententiam negativam amplexa est S. Congregatio Concilii in *Senogallien. Censuum. 2. Julii 1718.* ubi cum quidam Hypolitus ab Officialibus Confraternitatis SS. Sacramenti reductionem obtinuerit fructuum duorum censuum ad rationem quatuor pro centenariò absque Apostolico Beneplacito, rescripsit infrascriptis dubiis, videlicet; Primo = *An Reductio fructuum census sine Beneplacito Apostolico sustineatur in casu &c. & quatenus negativè* = Secundo = *An sit locus revalidationi, & confirmationi contractus Reductionis tam pro præterito, quàm pro futuro* = Ad Primum = *Negativè in casu, de quo agitur* = Ad Secundum = *Negativè quo ad præteritum, reservato jure Hippolyto, agendi contra Priores, qui reducerunt censum, & quo ad futurum arbitrio Eminentiissimi Episcopi* =

## ARGUMENTUM.

Patronus alienans bona Ecclesiæ Patronalis contra expressam prohibitionem Fundatoris sub pœna caducitatis, an, & quando privetur Jurepatronatus, & fiat locus substitutioni favore alterius vocati?

## SUMMARIUM.

- 1 Patronus alienans bona Ecclesiæ contra expressam prohibitionem Fundatoris sub pœna caducitatis est privatus Jurepatronatus, & factus est locus substitutioni alterius vocati; & num. 21. & 26. Amplia ut num. 2. Intellige, ut num. 8. & 20.
- 2 Scientia prohibitionis alienationis an sit causativa doli?
- 3 Quod Patronus habuerit scientiam prohibitionis alienandi sibi à Fundatore injunctæ, ex quibus colligatur? Vide ibi, & num. 4. & 5.
- 6 Papa non solet derogare foundationibus Beneficiorum præsertim in præjudicium vocatorum.
- 7 Derogare foundationi, & commutare voluntaria.

luntatem Fundatoris, est de reservatis  
Papa.

- 8 Patronus alienans bona Ecclesie in hujus utilitatem, & commodum, & urgente necessitate, non privatur jurepatronatus, nec fit locus substitutioni favore alterius vocati, non obstante prohibitione Fundatoris sub pœna caducitatis.
- 9 Prohibitio alienationis bonorum Ecclesie non comprehendit alienationem necessariam, & utilem eidem Ecclesie. Amplia ut num. 10. & 11.
- 12 De requisitis necessariis ad incurrendam pœnam caducitatis, & alias pœnas à jure, vel ab homine institutas; & num. 13. 14. & 15.
- 16 Beneplacitum Apostolicum operatur, ut alienatio sustineatur non obstante quacumque prohibitione Fundatoris.
- 17 Beneplacitum Apostolicum obtentum à Patrono super alienatione prævia narrativa prohibitionis Fundatoris, non est subreptitium.
- 18 Dolus, & malitia quando dicantur desicere in Patrono alienante. & num. 19.
- 22 Prohibitio alienandi Ecclesiam, sive Cappellam unà cum suis juribus comprehendit non solum Ecclesiam materiale, verum etiam hujus prædia, & bona dotalia.
- 23 Sub prohibitione alienandi Ecclesiam cum suis juribus non comprehenditur juspatronatus, quod non est jus Ecclesie, sed Patronorum.
- 24 Cessa, ac renunciata à debitore, tota hereditate, in qua adsint Ecclesia, hujus Domus, & juspatronatus, favore Creditorum; an, & quando in hõs translata dicantur Ecclesia materialis, hujus Domus, ac juspatronatus. & num. 25.
- 27 Juspatronatus est quid distinctum ab hereditate, & non venit nomine hereditatis.
- 28 Prohibitio alienationis sub pœna caducitatis adjecta in instrumento fundationis beneficij, & ratificata in testamento, inesse dicitur in eodem testamento.
- 29 Jus nominandi potest esse penes unum de familia, quantumvis juspatronatus insti penes hæredes ejusdem familia.

Pars V.

## C A S U S I I I.

**P**rohibuit quidam pius Fundator ejus Filio primogenito, cui reservavit juspatronatus Ecclesie A, alienare hujus bona, sub pœna caducitatis à jurepatronatus favore secundogeniti; Non obstante hac prohibitione Patronus primogenitus prævio consensu Rectoris, ac obtento prius Beneplacito Apostolico cum expressione hujusmodi prohibitionis, alienavit nonnulla bona minus utilia, & fructifera pro reparatione Ecclesie, quæ inevitabilem minabatur ruinam; Hinc secundogenitus prætendit esse factum locum substitutioni contraventionali favore sui ipsius, & ad se spectare juspatronatus; Quæro proinde, an primogenitus Patronus sit privatus in hoc casu jurepatronatus, aded ut factus sit locus substitutioni favore secundogeniti?

Prima consideratione respondendum videtur affirmativè, Patronus namque directè contravenit non solum dispositioni hujus Canonis strictè ei sub pœna privationis juspatronatus occupare, usurpare, & alienare bona Ecclesie prohibentis; verum etiam ipsimet voluntati Fundatoris, dum alienavit bona Ecclesie Patronali per eum assignata; Unde posita expressa, & rigorosa prohibitione alienandi sub pœna caducitatis, manifestè sequitur, quod Patronus privatus remanserit jurepatronatus, & factus fuerit locus substitutioni contraventionali favore secundogeniti, ad quem proinde in hoc casu spectabit juspatronatus, non expectata morte primogeniti alienantis, quem sicuti in ipso momento alienationis Fundator pro mortuo ad effectum retinendi juspatronatus reputavit, illius propterea existentia impedire non poterit, quin ad subsequentem vocatum propter ejus contraventionem æquè, ac in casu obitus successio devolvatur ad Textum expressum in l. Peto luci 71. §. Fratrem hæredem instituto, & l. Cùm Pater 79. §. Libertis ff. de Legat. 2. & tradunt Actolin. resol. forens. 100. num. 54. & 76. Ciarlin. contro. 43. num. 6. & seqq. Rot. decis. 313. num. 19. par. 10. & decis. 205. nu. 2. & seqq. par. 15. rec. & decis. 702. nu. 1. coram Emerix. jun. & in Romana Primogenitura de Cardellis

O

16. Mar-



16. Martii 1711. §. Inficiari coram R.P.D. Crispo, & in Romana, seu Lucana Primogenitura de Carminatis 9. Aprilis 1717. §. Reftè coram R.P.D. Cerro, & in nostris terminis, in Romana Fideicommissi 22. Februarii 1717. §. Præfatus coram R. P. D. Cerro inferius hic impress. confirmata 25. Junii ejusdem anni §. Præceptum coram eodem, & 22. Junii 1718. §. Conformatas coram R.P.D. Crispo.
- 2 Ponderato præsertim quòd hujusmodi alienatio videtur dolosa, dum fuit facta à Patrono prævia scientia prohibitionis alienandi sibi à Fundatore injunctæ cum caducitatis comminatione; quæ scientia videtur causativa doli, quia eo ipso, quod Patronus egit contra legem à Fundatore præscriptam, & sibi cognitam dissipando bona Ecclesiæ Patronalis, quæ integrè erant conservanda, id semper dolosè factum esse præsumitur. *Rot. decis. 203. n.1. & 2. par. 6. rec. & in Romana Primogenitura de Albericis 3. Julii 1702. §. Minusque refragante, & §. Cum etenim coram R.P.D. Ansaldo, & in Carpentoraten. Fideicommissi 26. Junii 1709. coram bo. me. Caffarello, & in dicta Romana Primogenitura de Cardellis 16. Martii 1711. §. Attamen, coram R.P.D. Crispo.*
- 3 Quod autem Patronus haberit scientiam dicti præcepti, satis colligitur ex eo, quia ipse in actu præsentationis Rectoris Ecclesiæ produxit in Cancellaria Episcopali instrumentum foundationis, ex qua sola productione exclusa remanet ignorantia, & validum inducitur argumentum plenæ, & individua scientiæ de omnibus contentis in instrumento producto. *Rot. in dicta Carpentoraten. Fideicommissi 26. Junii 1709. §. Et eo libentius coram bo. me. Caffarello, & in Romana Legatorum 9. Junii 1709. §. Nec excusari, coram Card. Vicecomite.* Resultat eadem scientia ex depositione etiam nonnullorum Testium, qui testantur se noluisse emere dicta bona ad Ecclesiam spectantia, eo quia audiverint ex dispositione Fundatoris esse prohibita alienari; si igitur talis prohibitio erat nota extraneis, multò magis verisimile est, quòd fuerit nota dicto Patrono. *Rot. decis. 152. n.13. coram Cavaler.* Ad idem
- 5 conducit impetrata licentia alienandi, ex qua inducitur scientia prohibitionis in alienante. *Alex. conf. 4. n.20. vers. idem se*
- appareret lib. 2. Curt. sen. conf. 73. n.14. Rot. dicta decis. 152. num. 14. & seq. coram Cavaler.*
- Neque ab hac devolutione, ac caducitate Patronum excusare potest Beneplacitum Apostolicum desuper obtentum; hoc enim videtur subreptitium, quia Papa nunquam solet derogare foundationibus beneficiorum, præsertim in præjudicium vocatorum *Rot. decis. 114. num. 26. par. 9. rec.* Minusque eandem excusationem causare valet consensus Rectoris præstitus super dicta alienatione, quia Rectores Ecclesiarum nequeunt dissipare, & alienare bona Ecclesiastica, neque derogare voluntati, ac menti Fundatorum,
- 6 cum derogare foundationi, & commutare voluntatem Fundatoris sit de reservatis Papæ *ad Text. in Clement. quia contingit de Relig. domib. Rot. d. dec. 114. num. 22. par. 9. rec.*
- 7 Præmissis tamen non obstantibus sentio in hoc casu Patronum non esse privatum jurepatronatus, & consequenter nec esse factum locum præsentis devolutioni, seu substitutioni contraventionali favore Secundogeniti. Quoniam Patronus alienavit præfata bona Ecclesiæ Patronalis non in proprium commodum, nec in utilitatem alicujus Personæ extraneæ; Sed in utilitatem, & commodum ejusdem Ecclesiæ; non voluntariè, sed urgente maxima necessitate, nimirum pro reparatione Ecclesiæ, quæ inevitabilem minabatur ruinam; non propria auctoritate, sed cum consensu Rectoris, & Beneplacito Apostolico, quo casu non censetur ei prohibita hujusmodi alienatio; dum prohibita per Fundatorem alienatione bonorum Ecclesiæ, licet censetur prohibita alienatio voluntaria in propriam, vel alterius commoditatem, tamen talis prohibitio non præsumitur comprehendere alienationem favorabilem, & utilem Ecclesiæ, & quæ fit ad hujus commodum, necessitatem, & utilitatem, ea ratione quia in quacumque dispositione, non est spectanda formula, seu figura verborum, sed substantia verisimilis voluntatis; certum est in casu præsentis, ubi alienatio fuit facta urgente maxima necessitate Ecclesiæ, seu pro necessaria illius reparatione, si viveret Fundator, illam approbaret, igitur prohibita per ipsum alienatione præsumitur

mitur verifimiliter sub tali prohibitione comprehendere noluiſſe alienationem neceſſariam, & utilem Eccleſiæ, ut expreſſè docent *Angel. de Peruſ. conf. 7. n. 4.* ibi = *Et alienationes neceſſariæ nunquam ſub prohibitione includuntur* = *Roman. conf. 107. n. 2.* ibi = *Illud eſt clarum, quod Teſtatoris diſpoſitio alienationem certæ rei prohibens favore certarum perſonarum alienationem ſub ſe neceſſariam non includit* = & *conf. 219. n. 8.*, ibi = *Hoc primo probatur ex regula dicente quod quacumque generalis alienationis prohibitio non includit in ſe neceſſariam alienationem* = *Tirraquell. de retract. S. 1. gloſſ. 14. n. 11.* *Roderic. de annuis reddit. lib. 2. quæſt. 15. n. 81.* *Gratian. diſcept. 108. n. 3.* & *diſcept. 949. n. 2.* *Card. de Luc. de Fideic. diſc. 157. n. 7.* *Turricell. de reb. Eccleſ. non alienan. cap. 9. n. 7.* *Rot. dec. 114. n. 30. par. 9. rec.*

10 Quòd procedit etiam ſi fuiſſet à Fundatore prohibitum alienare bona Eccleſiæ etiam cum beneplacito Apoſtolico. *R. P. D. meus Petra in Comment. ad Conſtit. Apoſtolic. 1. Leonis ſect. 4. num. 47. tom. 1. pag. 102.* Et etiam ſi fuiſſet in limine fundationis prohibita alienatio etiam in melius, & utilis Eccleſiæ; quia alienatio, de qua agitur non ſolum eſt utilis, ſed etiam neceſſaria; quæ non præſumitur comprehenſa ſub prohibitione alienationis dumtaxat utilis.

Sed etiam per hypoteſim admiſſo, & nunquam conſeſſo, quod talis prohibitio comprehendat etiam alienationem faciendam, ad commodum, & utilitatem Eccleſiæ, adhuc præſens alienatio bonorum Eccleſiæ, facta à Patrono, cauſare non poteſt caducitatem, & prætenſam devolutionem Jurispatronatus favore ſecundogeniti.

12 Ad hoc enim, ut alienatio bonorum Eccleſiæ cauſare valeat in alienante pœnam caducitatis, aut alias pœnas ab homine, vel à jure in *Extrav. ambitioſa de reb. Eccleſ. non alienan.*, & in hoc Canone inſcriptas, requiritur primò, actus, per quem dominium transferatur, adeo ut ſi Patronus promitteret e. g. vendere, aut venderet bona Eccleſiæ, & non traderet illa bona, non diceretur incurſus in pœnas caducitatis, ſeu privationis Jurispatronatus, nec excommunicationis, quia licet venditio ſit cauſa transferendi domi-

Pars V.

nium, tamen non concludit actum translationis, qui perficitur in traditione rei; *Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 1. S. 4. n. 16.* Inſuper ſi alienaret eadem bona ſub conditione, nimirum ſi, & in quantum de jure poſſum; ſi Sanctiſſimo placuerit &c. non ſequita adhuc traditione, hæc alienatio non cauſaret devolutionem, & caducitatem à Jurepatronatus, quia alienatio facta ſub conditione, non dicitur alienatio, ex quo pendente conditione ſtat in ſuſpenſo, ita ut talis contractus conditionalis ſit reſolutus ipſo jure, ſi conditio non evenerit. *Gratian. diſcept. 949. n. 5.* & *9. tom. 5.* Aut ſi generaliter hypothecaret bona Eccleſiæ, quia cum tractetur de puniendo; verbum Alienationis accipitur ſtriè, & propriè, ſeu pro translatione dominii. *Fagnan. in cap. nulli de reb. Eccleſ. non alienan. n. 30.* & *ſeq. & n. 36.* *Ventrigl. ubi ſupra n. 20.* Secundò requiritur quòd bona, quæ alienantur, reperiantur ſub dominio Eccleſiæ, nam ſi Patronus alienet bona Eccleſiæ non incorporata, pœnæ non habent locum, *Lotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 26. n. 16.* & *ſeqq.* *Ventrigl. ubi ſupra num. 17.* Tertiò, quòd alienatio fiat in conſulto Summo Pontifice. *Fagnan. in d. cap. nulli de reb. Eccleſ. non alienan. n. 12.* *Lotter. ubi ſupra n. 30.* *Ventrigl. ubi ſupra n. 18.* Quartò requiritur dolus, vel malitia. *Card. de Luc. de alienat. diſc. 51. num. 4.* & *7.* & *n. 9.* & *de fideic. diſc. 154. n. 3.* & *diſc. 155. n. 2.* & *5.* & *diſc. 157. n. 5.* *Rot. decif. 70. num. 1. poſt Bonden. colluct. legal. tom. 1. & decif. 491. n. 1. coram Merlin. & decif. 14. n. 15. poſt Merlin. de legitim.*

In caſu præſenti licet adſit primum, & ſecundum requiſitum; cum fuerint alienata à Patrono bona Eccleſiæ incorporata, & translatum horum dominium; deficit tamen tertium requiſitum, dum fuit in hac alienatione obtentum ab eodem Patrono Beneplacitum Apoſtolicum; 16 quod operatur, ut alienatio ſuſtineatur non obſtante quacumque prohibitione Fundatoris. *Turricell. de reb. Eccleſ. non alienan. cap. 9. n. 2.*, ibi = *Secundus eſt effectus, ut alienatio facta contra prohibitionem Fundatoris, qua regulariter eſt nulla, concurrente Beneplacito Apoſtolicò, ſeu vero, ſeu præſumpto, ſuſtineatur, non obſtante quacumque prohibitione in fundatione ap-*

O 2 poſſ-

- posita* = *Rot. decis. 114. n. 9. par. 9. rec.*
- 17 Nec Beneplacitum Apostolicum in presentiarum dici potest subreptitium, uti in contrarium superius asserbatur, quia fuit à Patrono impetratum prævia, expressione, & narrativa dictæ prohibitionis Fundatoris, qua non obstante Summus Pontifex concessit facultatem alienandi præfata bona, quod sufficit ad excludendam subreptionem, quæ tunc solum diceretur adesse si fuisset occulta, seu riticitia Papæ voluntas Fundatoris prohibitiua alienationis, ea ratione, quia si Papa hanc enixam voluntatem Fundatoris scivisset, Beneplacitum non concessisset, aut difficilior Turricell. de reb. Eccles. non alienan. cap. 9. n. 4. R. P. D. meus Petra in Comment. ad Constit. Apostolic. 1. Leonis sect. 4. n. 48. tom. 1. pag. 102. Rot. dicta decis. 114. num. 18. & seqq. p. 9. rec.
- 18 Deficit etiam quartum requisitum, nimirum dolus, sive malitia, quia Patronus alienavit bona prædictæ Ecclesiæ cum Beneplacito Apostolico, & lege permitte, dum permittitur à jure alienare bona pro reparatione necessaria Ecclesiarum, & cum credulitate, quod si Fundator viveret, hanc alienationem approbaret, quod sufficit ad eum excusandum à dolo, & malitia, Card. de Luc. de alienat. disc. 51. n. 4. Rot. decis. 81. n. 3. coram Cavaler. Præterea alienatio hæc facta ab eodem Patrono, est necessaria, & utilis Ecclesiæ, seu cedit in hujus evidentem necessitatem, utilitatem, & commodum, quæ utilitas, & necessitas operatur in alienante bonam fidem, & excludit dolum, & malitiam. Card. de Luc. de alienat. disc. 51. n. 9., ibi = *Ideoque ubi Ecclesie utile negotium geratur, id redolet bonam fidem, & excludit dolum, & malitiam* = & disc. 157. n. 8. de fideic., ibi = *Vel sine dubio id sufficit ad excusandum à pœna, dum constat prudenter illum gestum esse, ac bono animo faciendi rem utilem* = Ac proinde etiam si admittatur, quod sæpe dicta Fundatoris prohibitio, hanc alienationem etiam percutiat; adhuc tamen Patronus dici non potest caducatus à Jurepatronatus, nec factus locus substitutioni favore secundogeniti.
- 20 Hinc non obstat Decisio S. Rotæ in Romana Fideicommissi coram R. P. D. Cerro,

unà cum aliis auctoritatibus superius in contrarium pro ratione dubitandi allatis; ipsa namque *Decisio*, & omnes aliæ Auctoritates procedunt in alienatione bonorum Ecclesiæ facta à Patrono contra expressam prohibitionem Fundatoris, voluntariè, absque necessitate, & ad proprium, vel aliorum commodum, non verò in alienatione facta urgente Ecclesiæ necessitate, & in hujus utilitatem, sive commodum; ut inferius legenti patebit.

R. P. D. C E R R O

Romana Fideicommissi

Luna 22. Februarii 1717.

**F**ratres de Cia sub fundamento distractionis Cappellæ erectæ à Francisco Cia in Ecclesia Sanctæ Mariæ del Pisciarello Terræ Poli, ac aliorum bonorum, quæ pro cautela illius Dotis à dicto Francisco fuerant relicta, putantes ad eorum commodum apertum fuisse non minus Fideicommissum restitutorium, quam contraventionale ordinatum ab eodem Testatore occasione erectionis dictæ Cappellanæ petierunt sud die 29. Aprilis anni proximi elapsi à me proponi dubium = *An danda esset immisso*, = quod cum resolvi tunc non potuerit ob suffragiorum paritatem, in Audientia diei 22. Junii subsequenti, decisum fuit sub responso negativo: Quapropter admissi ad beneficium novæ Audientiæ hodie omnem restrinxerunt conatum ad solum Fideicommissum contraventionale, ac propterea agnoscendo DD. illud rectè de per se stare posse, secluso etiam Fideicommissio restitutorio, ut aliàs monuit Card. de Luca de Fideic. disc. 143. sub n. 5, sedulo examinatis rationum momentis, quæ pro illo Actoribus patrocinabantur, discedendo à priori opinione receperunt à decisio.

Præfatus enim Franciscus in erectione dictæ Cappellanæ cum constitutione determinatæ Dotis, pro qua specialiter hypothecavit duas domos, & generaliter omnia, & universa Bona ita præcepit = *Item detto Signor Fondatore espressamente prohibisce a tutti li suoi Eredi, e Successori in infinitum Patroni pro tempore di poter in alcun*

alcun tempo mai vendere, alienare, impegnare, o in qualsivoglia altro modo di stracare la detta Chiesa, e Cappella con altre sue ragioni sotto pena di caducità dal commodo di detta sua Eredità da incorrersi ipso jure, & ipso facto per qualsivoglia pretesto, e causa anche qui non espressa &c. e venendo il caso (il che Dio non voglia) che alcuno di detti suoi eredi &c. in avvenire mai per alcun tempo avesse tale intenzione di alienare &c. in tal caso la detta alienazione s'intenda nulla &c. e quello, che averà taltemerità di fare tal alienazione &c. in tal caso decadi dal commodo di detta Eredità ipso jure, & ipso facto, come in effetto da adesso per allora lo differedita, e non abbia alcun titolo, nè azione alcuna sopra la detta sua Eredità, ed altro, che si contiene nella presente fondazione, ed in luogo suo succedendo, debba, e vadi, e cadì nell'altro più prossimo della Linea, Agnazione, e Parentela di detta Descendenza della Casa Cia =.

21 Quamobrem cum in Testamento deinde confecto, ratificato, ac approbato Instrumento dictæ Foundationis hæredem scripserit Lucam Fratrem, dum iste grandi contracto ære alieno in suos Creditores alienavit tam Cappellam, quam duas Domos specialiter obnoxias oneri ejus Dotis unâ cum omnibus aliis Bonis hæreditariis pari modo pro cautela Dotis hypothecatis, statim factus fuit locus substitutioni contraventionali favore Actorum uti Proximiorum de Linea, Agnatione, & Parentela non expectata morte Alienantis, qui sicuti in ipso momento alienationis privatus legitur omni commodo, & jure super prædicta hæreditate, ita illius existentia nequaquam impedit quo minus ad subsequentes in gradu ob ejus contraventionem successio devolvatur, ut probant *Peregrin. de Fideicom. art. 14. num. 8. Ciarlin. controv. 43. num. 6. & seqq. Capon. discept. 373. num. 10. Rota Lucen. apud Balduccium ad Ramon. decis. 36. num. 2. & seqq. lib. 2. Rota nostra in rec. decis. 205. n. 2. part. 15. & in Cavallicen. Bonorum 16. Junii 1704. §. Ex quibus coram bon. mem. Caffarello, & in Romana Domus, seu Palatii 2. Decembris 1707. §. Visa etenim, coram bon. mem. Omaña, & 4. Februarii 1709. §. Descendendo, cor. Eminentiissimo Scotto, & in Romana Primogenitura de Cardellis 16. Martii 1711. §. Inf-*

ciari, coram R.P.D. meo Crispo.

Nec incurfus caducitatis sic à Testatore comminata evitare posse videbatur ex ea responsione, cum qua pertransit decisio, quæ revidetur §. *Attamen*, quod nempe præceptum de non alienando restrictum fuerit ad Ecclesiam tantum materiale, id confirmando verbis illis = *Nè tampoco farvi Convento* = quasi ista Ecclesiæ solummodo materiali congruere debeant; Etenim assumptum istud undique subvertitur ab amplitudine verborum, quibus dicta prohibitio concepta fuit, ibi = *detta Chiesa, o Cappella con altre sue ragioni* = Prædicta enim jura, quæ eodem modo cadunt sub præcepto de non alienando sicut, & ipsa Cappella, seu Ecclesia, hanc restrictionem non admittunt, sed æquè illorum nuncupatione comprehenduntur etiam prædia, & bona dotalia, in quibus præcipuè consistere dicuntur jura ipsius Ecclesiæ ad *Text. in leg. quid aliud 86. ff. de verb. signif. Barbosa. App. 134. num. 10. Simon. de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib. 2. solut. 4. numer. 39. Rota coram Ninot. dec. 28. num. 9.* Quemadmodum experimur in unione, quæ ubi facta legatur de Ecclesia cum suis juribus translata per ea dicitur Ecclesia cum suis bonis *Lapus alleg. 139. n. 10. & seqq. Rota coram Emerix jun. decis. 786. num. 2. & in rec. decis. 10. num. 2. part. 14. & decis. 49. num. 8. par. 15. & decis. 321. n. 2. par. 19.* Prædicta enim verba = *nè tampoco farvi Convento* = stant ampliatiuè, nec tollunt præcedentem inhibitionem generaliter expressam de non alienando Cappellam cum suis juribus, cum species non restringat genus, sed addita censeatur gratia majoris declarationis juxta Doctrinam *Bartol. in leg. quæsitum 12. §. Si quis fundum, sub n. 11. & seqq. ff. de fund. instruct. Gratian. discept. 692. n. 5. Rota coram Emerix junior. dec. 1272. n. 8.*

Atque ex ea universalitate verborum 23 tollitur aliud objectum quod verba illa = *Con altre sue ragioni* = verificari possint in jure honorifico patronatus; Præterquam quod enim nulla congruatio esset assignabilis cur prædicta jura Cappellæ potius verificari debeant in solo jure patronatus, nec æquè completantur cætera bona dotalia ejusdem Cappellæ, quando eorum generalitas potest

utrum.

utrumque comprehendere per ea, quæ advertit *Rota coram Pro patruo meo dec. 28. num. 12. & cor. Benincas. dec. 144. nu. 10. & in rec. dec. 251. n. 16. par. 19.* Attamen excluditur in universum ista interpretatio, quia cum verba illa  $\equiv$  *con altre sue ragioni*  $\equiv$  sint significativa domini favore Ecclesiæ, cui annectuntur juxta monitum *Text. in leg. quintus, S. Argento ff. de auro, & argento legat.*, non possunt ullo pacto adaptari juri patronatus, cujus Ecclesia non est domina, quodque propterea dicitur jus proprium Patronorum, non verò Ecclesiæ, ut tradunt *Barbos. appell. 124. n. 31. Lambertin. de jure patronatus lib. 1. par. 2. quest. 7. art. 1. n. 5. vers. non venire, Vivian. eodem tract. lib. 1. cap. 2. n. 2.*

At ubi pro incurfu caducitatis exposceretur effectiva alienatio Cappellæ, seu Ecclesiæ materialis, ac juris patronatus, nec ista revera deficeret; Nam cum fun-  
24 datur in erectione dictæ Ecclesiæ reservaverit sibi, ejusque hæredibus mansionem cum mobilibus in eadem Ecclesia, nec non stabulum, ibi  $\equiv$  *Ad effetto, che dette stanze con detti Mobili, e rimessa le possi sempre godere detto Signor Fondatore &c., e dopo di se, i suoi eredi, e successori, e perciò proibisce espressamente, che detti Mobili, e robbe non si possino mai vendere &c.*  $\equiv$  eo ipso quod Lucas primus hæres cessit, & renunciavit generaliter favore Creditorum  $\equiv$  *Omnia, & singula ejus Bona Stabilia, Mobilia, Semoventia, Jura, Credita, & actiones quascumque in quovis loco possit. & existen. & ad ipsum quomodo libet spectan. & pertinen. &c.*,  $\equiv$  cum omnibus, & singulis eorum juribus, jam distraxisse censetur tam Ecclesiam materialem, quæ respectu ædificii ejusque situs, & ornamentorum dicitur esse in hæreditate prophana, & in hominum commercio, ut testantur *Salgad. Labyrinth. credit. par. 3. cap. 5. num. 48. Loter. de re benefic. lib. 2. quest. 4. n. 14. Card. de Luca de jure patr. disc. 53. num. 3. & in Miscell. Eccles. disc. 28. num. 12. & de Præemin. disc. 40. num. 9.*, quam prædictas mansiones unâ cum mobilibus, quæ veluti ipsius Ecclesiæ partes erant affectæ hypothecæ Creditorum, & expositæ illorum concursui ad tradit. per *Rebuff. in leg. verbum 181. vers. 14. ff. de verb. signific. cum aliis per Rot. in Firmana Jurisdictionis super refer-*

*vatis 15. Aprilis 1701. S. Non officiente, coram Reverendis. Molines Generali Hispaniarum Inquisitore.*

Quinimo ipsum Jus patronatus, quod in vim memoratæ cessionis ad eam amplæ de  
25 omnibus Bonis, & juribus translatum dicitur in Creditores tametsi nulla de eo facta fuerit specialis mentio, ut tenent *Vivian. de jure patronatus lib. 4. cap. 4. n. 16. & 17. Rota coram Bich. decis. 15. num. 4. & coram Benincas. dec. 90. num. 6. & in Urbanien. Canonatus 23. Januarii 1697. cor. Reverendis. dell' Olmo, & 20. Junii 1698. coram bon. mem. Pio impress. apud modernum Romanum discept. Eccles. 4. num. 84. & 95.*

Minusque caducitas valet excusari ex eo quod dicta alienatio facta à Luca interpretanda sit exclusivè ad bona illa, quæ sub pœna caducitatis alienari prohibebantur. Sumendo sic interpretationem benignam pro actu licito, ut excludatur illicitus; Etenim conclusio ista tollitur à circumstantia facti, dum Lucas ante generalem cessionem omnium bonorum, & jurium usque de anno 1712. alienavit in specie unam ex Domibus assignatis pro fundo, & dote Cappellaniæ, alteram verò ejusdem Cappellæ domum dotalem distraxit in generali cessione omnium bonorum, in cujus sequelam inclusit istam domum mediante indicatione, quæ fit per cedentem bonis, de qua *Scannerol. de Visit. Carcerat. lib. 3. S. 9. cap. 7. num. 2.*, & demum conclusio allegata in objecto non applicatur in nostra hypothese, ubi fundator jura Cappellaniæ, quæ alienari prohibuit, non restrinxit ad certam tantum bona, sed extendit ad universa, ac ad jura hæreditaria, quæ generaliter hypothecare declaravit pro cautela dotis Cappellaniæ tam in instrumento fundationis, quàm in Testamento, in quibus terminis, cum prohibitio omnia complectatur, non intrat interpretatio eximendi ab actu alienationis bona prohibita, attenda deficientia distinctæ speciei bonorum liberorum, & prohibitorum, *Bich. dec. 426. num. 7. par. 2. divers.* Atque id eò  
26 cum Lucas universa bona alienaverit, nullo justo colore excusari queit ab inflata pœna, cum institutus censetur sub conditione resolutive de non alienando, & hæres tandiù designatus, quamdiù bona

na hæreditaria non alienasset ad *Text. in leg. ff. legatum ff. de adimen. legat. Tancrediti consult. 10. n. 46. & seqq. Thesaur. dec. 270. n. 20.* in modum, ut secuta contraventione, lex ipsa statim exequi dicatur voluntatem defuncti transferendo hæreditatem in substitutum *Ciarlin. controuv. 126. numero 54. & seqq. cum aliis per Rot. in dicta Romana Primogenitura de Cardellis 16. Martii 1711. §. In altera, cor. R.P.D. meo Crispo.*

Cum verò inexcusabilis undique redatur incurfus Lucæ in caducitatem, omninò irrelevantè ea reduci prætendebatur ad nudam amissionem jurispatronatus, quasi fundator, hæreditatis appellatione, loqui intellexerit de solo jurepatronatus; Intellectui enim isti nimis adversatur litera Instrumenti ex pluribus locis desumpta juxta quam non semel, sed pluries expressit se caducitatem imponere ab universa hæreditate, ibi = *Sotto pena di caducità dal comodo della sua eredità da incorrersi ipso jure, & ipso facto, come in effetto da adesso per allora lo differedita, e non abbia alcun titolo, nè azione alcuna sopra la detta sua eredità* = Quapropter de directo destrueretur dicta litera, ubi pro hæreditate intelligendum sit Juspatronatus ob nimis patentem diversitatem inter unam, & alteram intercedentem, cum hæreditas sit quid universale continens omnia bona, & jura Testatoris *leg. nihil aliud 24. & leg. hæreditatis appellatio 119. & leg. hæreditatis appellatione 138. ff. de verb. signif.* jus verò patronatus sit quid personale, ac ab hæreditate penitus distinctum *Lambert. de jurepatronatus lib. 1. par. 2. quest. 5. art. 14. num. 6. Rota in Mantuana Beneficii impress. apud eundem Romanum discept. Eccles. 14. n. 32. & in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707. §. Qualitas, cor. Reverendissimo Kaunitz.* Potissimum ubi non agitur de fundatore rudi, & idiota, sed sagaci, experto, utpotè Beneficiario Basilicæ Lateranensis, quique propterea præsumitur quod sciverit quid appellatione hæreditatis, quidve nuncupatione jurispatronatus contineretur ad hoc, ut unum pro alio non usurpaverit, prout pro interpretandis Testamenti verbis indagandum esse monuit *Card. de Luca de fideicom. disc. 58. sub n. 2. vers. in proposito*

*igitur in fine, Gobbius consult. 150. n. 32. & 33. Rota in d. Romana Domus, seu Palatii 31. Januarii 1710. §. Nihil adversante, coram R.P.D. meo Crispo.*

Et de facto in suo proprio sensu fundatorem intellexisse nomen hæreditatis demonstrat superior pars Instrumenti foundationis, in qua mentionem fecit de duabus Domibus assignatis in fundum Cappellanix, ibi = *Che le suddette Case con tutti gl' altri suoi Beni, che lascerà nella sua Eredità* = cum una pars dispositionis declaret quid appellatione hæreditatis senserit fundator in altera *Mantic. de Conject. lib. 3. tit. 9. num. 5. & seqq. Rot. dec. 647. n. 34. par. 19. recent., & in Sulmonen. jurispatronatus 21. Januarii 1715. §. Hæcque intelligentia, coram R.P.D. meo Falconerio.*

Parumque relevat quod, sicuti in erectione Cappellanix fundator non instituerat sibi hæredem universalem, ità judicandum non sit voluisse infligere pœnam privationis totius hæreditatis, quæ regulare est quod nec dari, nec auferri possit nisi per testamentum; Huic enim objecto occurrunt pariter verba ejusdem testamenti, in quo præfatus Franciscus ratificavit, & explicitè approbavit foundationem Cappellanix = *Con tutti li patris, proibizioni, obblighi, & altro contenuti, & espressi nell' Istromento di essa fondazione, quale in tutto, e per tutto, ratifico, approvo, & accetto, e voglio, che se gli dia la sua piena esecuzione nel modo, e forma, che in esso, e per tutto si contiene* = ac propterea, cum prohibitio alienationis sub pœna caducitatis ab integra hæreditate adjuncta legatur in memorato Instrumento foundationis uti ratificata in testamento desuper condito, inesse dicitur in eodem testamento, ac si in isto fuisset expressè repetita, idque ex vi relationis, quæ efficit, ut relatum ita inesse dicatur in referente cum omnibus suis qualitatibus, ut unica ex utroque quodammodo fiat dispositio ad *Textus expressos in leg. asse toto 77. de hæred. instit. col. si ita scripsero 38. ff. de cond. & demonstrat., & leg. institutio 10. ff. eodem, Capon. discept. forens. cap. 100. lib. 2. Mansus controuv. 315. n. 28. Rot. in recent. dec. 87. n. 4. par. 15. & in Romana, seu Reatina Fideicommissi 2. Decembris 1697. §. Hæc enim argumenta, & 23. Janua-*

nuarii ejusdem anni §. At hujusmodi, coram Eminentissimo Cardinali de la Tremoille, & in Reatina Fideicommissi de Vincentinis 14. Martii 1701. §. Neque, coram Card. Scotto.

Cujus relationis vis minùs rectè declinari contendebatur sub respectu diversitatis Personarum, quæ invitantur in testamento, ab illis, quæ vocatæ noscuntur in instrumento foundationis, cum in isto jus nominandi ad Cappellaniam relictum fuerit Hieronymo filio Lucæ, quando in testamento Lucas reperitur hæres scriptus in omnibus bonis, & in universa hæreditate, qui vocatus non legebatur in fundatione Cappellaniæ: Quandoquidem, licèt Lucas non fuerit invitatus ad jus nominandi in fundatione Cappellaniæ, non idcirco argui rectè poterat non fuisse ei relictum juspatronatus, nec fuisse in fundatione vocatum; Fundator enim declaravit velle Cappellaniam erigere =

Per sè, sui Eredi, e Successori di qualsivoglia sorte in infinitum &c. della Casata, e Famiglia Cia in perpetuo = Unde, cum sit extra controversiam Lucam fuisse primum hæredem institutum in testamento, fit indè consequens fuisse itidem vocatum ad dictum juspatronatus, quod si jus nominandi fuit relictum Hieronymo filio Lucæ, hoc nil aliud infert, nisi quod fundator distinxerit juspatronatus à jure nominandi, quod tamquam effectus juspatronatus benè stare potest penès unum de familia, quantumvis juspatronatus insit penès hæredes ejusdem familiæ, ut in specie advertunt *Vivian. de jurepatronat. lib. 1. cap. 3. n. 31. & lib. 5. cap. 2. n. 3. Gonzal. ad regul. Cancell. gloss. 18. num. 92. Rot. coram Seraphin. dec. 456. n. 3. & 4. & in recent. dec. 809. num. 13. par. 18. & in Alexanen. Beneficii 11. Aprilis 1712. §. fin. cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Et ita utraque &c.

## C A N O N VI.

CONCILIUM TRIDENTINUM Sess. XXIII. Cap. XVIII.

CUM Adolescentium ætas, nisi rectè instituatur, prona sit ad Mundi voluptates sequendas, & nisi à teneris annis ad Pietatem, & Religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, numquam perfectè, ac sinè maximo, ac singulari propemodum Dei Omnipotentis Auxilio Disciplina Ecclesiastica perseveret, Sancta Synodus statuit, ut singulæ Cathedrales, Metropolitanæ, atque majores Ecclesiæ pro modo facultatum, & Diœcesis amplitudine, certum Puerorum ipsius Civitatis, & Diœcesis, vel ejus Provinciæ, si ibi non reperiantur, numerum in Collegio ad hoc propè ipsas Ecclesias, vel alio in loco convenienti ab Episcopo eligendo, alere, ac religiosè educare, & Ecclesiasticis Disciplinis instituere teneant; In hoc verò Collegio recipiantur, qui ad minimum duodecim annos, & ex legitimo matrimonio nati sint, ac legere, & scribere competenter noverint, & quorum indoles, & voluntas spem afferat, eos Ec-

cle-